

JACOBI MÆSTERII, I.C.
DE
J U S T I T I A
R O M A N A R U M
L E G U M
L I B R I D u o
Repetitæ prælectionis.
ACCEDUNT
D I S S E R T A T I O N E S
D U A È
Eodem Auctore



Prostant

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud H A C K I O S, Anno cī dī c LXXVI.



AD LECTOREM.

Cum apud animum meum constituisse quasdam ex lucubrationibus meis publici juris facere, cœpi cogitare an non ea, quæ de Justitia Romanarum legum antehac sub nomine meo edita sunt, resumere & pleno fni tradere expediret. Videbam illa, quia aliis curis ipse tunc detinebar, pluribus, quam in opere tam exiguo par erat, vitiis typographycis laborare, quæ, quia in aliquibus locis obscuram orationem reddebat, nonnullis ansam tribuere de aliquibus dubitandi; qui præterea moveri poterant, cum ex conciso stylo, tum quia nulla aut admodum pauca, ex iis quæ opponi poterant, argumenta dissoluebantur. Accedebat suspicio quorundam quibus magis contra ius Canonicum, quam pro Civili Romanorum scriptisse videbar, quam ægrè admodum tuli; ut potè qui juris Canonici majestatem labe-factare nunquam in animo habui: quod si, cum pro iure civili certabam, verbum subinde exciderit, quod in pejorem partem detorqueri posse videbatur, illud statim nec cogitatum nec scriptum volui. Porrò præter ea quæ po-



JACOBI MÆSTERTHI J. C.
DE
IVSTITIA ROMANA-
RUM LEGUM
LIBER I.
Repetitæ prælectionis.
DUBITATIO I.

Qua fide & modo Iustinianus Imperator, vel (cuius opera potissimum usus est) Tribonianus leges & Constitutiones Romanas retractavit aut novas edidit?

IUSTINIANUS Imperator post assertum armis Imperium omnem curam ad leges & constitutiones retractandas aut novas edendas convertit. Usus potissimum Triboniano Quæstore suo, quem propterea in l. i. Cod. de veteri jure enucleando ita alloquitur: *Ad tua sinceritatis inquit optimum respeximus ministerium, tibique primum hoc opus commisimus, ingenii tui documentis ex Codicis nostri ordinatione acceptis: & jussimus quos probares tam ex facundissimis Antecessoribus, quam ex viris disertissimis togatis fori amplissima se-*

A dis ad

JACOBI MÆSTERII, J.C.
DISSERTATIONES
DUÆ
.Quarum prima
DE ARTIFICIO DISPU-
TANDI JURIDICE

ALTERA
DE IMMINUENDO LABORE STUDIORUM
JURIDICI.



Prostant

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HACKIOS, Anno clo 15 c lxxvi.



JACOBI MÆSTERII I. C.

D E

ARTIFICIO DISPU- TANDI JURIDICE, DIS- SERTATIO.

P R I N C I P I V M

De utilitate disputationis.

NI H I L est utilius neque jucundius humano ingenio, dum ad perfectam solidamque alicujus scientiæ cognitionem adspiraverit; quam si, præceptionibus utcunque delibatis, in earum usu diligenter exerceatur: cum enim humana mens obscuritate corporis sit hebetata, ingenium ex certis quibusdam, probèque cognitis, progreditur ad statuendum id super quo dubitabat, & ita veritas e tenebris ac verborum involucris, remoto tum falso, tum ambiguo & incerto, in lucem producitur.

*Duris ut ilex tonsa bipennibus
Nigræ feraci frondis in algido
Per damna, per cædes, ab ipso
Ducit opes animumque ferro.*

Idque vel tacitâ cognitione ac mentis veluti discursu, vel cum alio per disputationem: sed longè dissimili fructu. Ut enim con-